





62

RECTOR  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,  
**IO. GOTHOFR.**  
BERGERVS,  
D. THERAP. P. P. ORD. MED.  
SENIOR, et h. t. DECANVS,  
*CIVIBVS ACADEMICIS*  
S. P. D

62

**I**Bat ovans animis Alecto, Vindice dirum  
Per scelus eneclio. qvacunqve cruenta ruebat,  
Gorgoneis vulfos iactabat crinibus angues.  
Ore dabat flamas; flamas incensa vomebant  
Lumina. pestiferum glomerabant vstavaporem  
Guttura, qvi caecae noctis caligine caclum  
Velabat. dextra flagrantes fumea tadas  
Vibrabat, qvibus exagitans mortalia corda  
Vertit in omne nefas. laeva Lernaca tenebat  
Monstra, qvibus septem livebant vda veneno  
**C**olla, nec ingentes cessabant sibila lingvae  
Despumare. caput viridi religarat Erynnis  
Cespote, victricem simulans. sic turbida victis  
Errabat terris. impresso forte colonus  
Vomere cum profcindit humum, respexit, & amens  
Concidit aspectu torvo. pavere iuvenci  
Ad iuga Tartaream faciem, tremefactaque vasto  
Pondere congemuit tellus. erat altus, aperto  
Aggere permunitus, apex hinc liber abibat  
Prospectus late. q' o pestis fusca volabat,  
**D**Ordine qvo posset captas percurrere gentes  
Constitit, ardentesqve ferox circumfulit orbes,  
Et laetans, Erebi tot cedere regna rapinae,  
Exiliit, votiqve potens vestigia pressit.  
Improba sic versat: feci, qvam crederet Orcus,  
Maius opus. vici, qvem magni regia Ditis  
Horruit. heu nobis qvos luctus iste ciebat  
Nuncius, vt genitum memoravit virgine, nostras,  
Culmine deiectas, Vltor qvi verteret arces!  
Hic iacet, & ,mirum, dilecti fraude clientis  
Proditus. assertor redimendi cuspidi civis  
Confossus periit. clavo terebrare trabali  
Non timuit dominum servus, non tendere passus.  
Ad ventos manibus. ventura stupescite saecla,  
Numen homo necuit! stetit at victoria nostris  
Auspiciis. ego sum, piceis qvae prima furentem

Aceen-

Accendi facib[us] iuvenem, lapsamq[ue] sub ima  
Viscera nutrivi flammam. me vincula rupit  
Iudice promissae fidei, me verba docente  
Confinxit, potuit me convestire magistra  
Arte dolos. illi socii fulgentia coetus  
Arma ministravi. tanti dux incluta facti  
Vna fui. posthac Erebo famulabitur aether,  
Pigra dies nocti. fractis succumbet Averno  
Cornibus Euphrates, Cocytum qvaeret Iberus  
Supplex, carbaceoq[ue] sinu stipendia Nilus  
Conferet attonitus Phlegethonti. vincita catenis  
Colla trahens rigidis Acheronti serviet Ister.  
Quid moror? aut nondum pulsi monimenta doloris  
Cur statui campis? sed manes ire sub imos  
Praestat, & exacti decus expectare laboris.  
Exigit haec secum, tandemq[ue] superba profatur:  
Qvicqvad habent umbrae, superas immitis ad auras  
Eliciam. fixos gestent onerata dracones  
Arva. iugis monstrant servos fumantia fines  
Signa. gemant colles, sed crescat laudibus Orcus  
Desuit. & foetis stridentes angvibus alas  
Concutit Ale[cto], delapsaq[ue] vertice, rerum  
Nuncia, festinat. spectat progressa sepulcrum  
Nobilis Herois, qui terris venerat alter  
Alcides. tremuit nomen, cunctansq[ue] volatum  
Haesit, & acta fuga monimento terga dedisset,  
Ni propior magnis strepuisset fletibus aether.  
Vir pius excisam, suspenso fornice, rupem  
Aptarat tumulo, caesiq[ue] rigentia membra  
Vindicis intulerat. bustum celebrare freqventes  
Virtutes. lapsu[m] ceu flent Phaethonta sorores,  
Astratae cineri. Pietas a corpore vestes  
Discidit. it laniata genas Astraea. capillos  
Hactenus intacto Clementia vertice traxit.  
Stant aliae turpi conspersae pulvere, palmis  
Pectora conquassant aliae. descendere rivos

) ( 2

Ex e-

**E**x oculis videas, lotumqve immēgere corpus.  
**I**lla querebantur miserae: cadit Vltor, & omnis  
Gloria virtutum. cur, spreto Vindice, tellus  
Impia, te perdis? cur saevo funere vitam  
Obruis ipsa tuam? te faucibus hauriet Orcus.  
**A**uribus accepit tristis dea flebile carmen,  
Et terrore novo statuit percellere moestas.  
**P**rotinus accurrit, dictisqve ita fatur acerbis:  
Maturate fugam, nostris decepite regnis.  
Defensor cecidit. spes est absumpta salutis.  
En repeto manes! dirarum ab sede sororum  
Vincla manu lethumqve feram. stipata redibo  
**H**arpyiis. veniant, qvas horrent Tartara, pestes  
Talibus Alecto dictis exarsit in iras,  
Et lymphata ruit. gelido sed sanguine friget  
**E**xanimata cohors. tot fese torsit in ora  
Progenies noctis, tam voce minacia fudit  
Verba. simul Pietas fese collegit: abite  
Agmine pullato, coepit, deserta ferarum  
Quaerite. vos ducam, gnatae. mox horrida pallens  
Classica turba canet. minus at si tuta putemus.  
Antra, sub aeqvoreo poscamus marmore Tethyn.  
Quid loqvor? aut promissa poli quae turbat imago?  
Affectata Stygi non est metuenda tyrannis,  
Si iussus tumidos fatali calce colubros.  
Tundere, femineo qvi cretus semine terras.  
Affereret. satius fuerit, descendere caelum,  
Promissiqve monere Deum. succedite vectae  
**A**d Superos matri. precibus memor annuet aether  
Haec vbi dicta, fugit genitrix, gnataeqve sequntur,  
**C**onfectae lacrymis. qva vadunt, insonat aer  
Luctifico planctu, percussaqve sidera plorant.  
Ut caeli tetigere fores, solioqve Tonantis  
Procubuere, parens hos rumpit pectore questus:  
Mittere si terris, pedibus furiale draconis  
Qui caput obtereret, decresti; fingere mentes.

Si no-

Si nobis fas est hominum; si, carcere septas,  
Gorgones includis, violent ne sordibus auras:  
Accidimus genibus, non ut, Pater Optime, nobis  
Terrarum tribus sceptrum, quod constitit olim  
Imperiis nostris. sed tanta superbia vicitis  
Abfuerit. petimus, ne nostras deleat aedes  
Impetus Eumenidum, trepidas neu perfurat urbes  
Clade nova. frenis bacchatur cruda solutis  
Alecto, laetumque canit paeana. subactas,  
Vindice propulso, tot monstros territat oras.  
Pro scelus! illa fuit, vesani pectora Iudea  
Quae stimulis acuit nuper, populumque quietum  
Egit in arma, suas quo spes extingveret orbis.  
Cynthius aspergit, versisque repente quadrigis,  
Infandum fugit facinus, mersitque tenebris  
Purpureum lumen. valido concussa tremore,  
Mugitur ex adytis tellus, sonitumque dedere  
Diffissae, penitus. divulso pondere, cautes.  
Sic luctum, testata Deum, Natura peregit.  
At longe Alecto submoto audacior ire.  
Obice. terrarum dici regina volebat.  
Iamque ciet manes, iam, quicquid palluit Orcus,  
Evocat. heu furiae terras rapientque ferentque!  
Mox triplici valvis obductas angue secures  
Efferet ambustus lictor. mox fervidus hostis  
Sub iuga curvatis mittet cervicibus orbem.  
Quod secus ut fiat, disiectas fulmine moles.  
Ad nihil redigi malis. nec dicere plura  
Effusae sierant lacrymae. tremit ista sonoro  
Tum suboles gemitu, longumque per alta volutat  
Atria ploratum. versantur viscera tanto  
Caelicolis motu. nullius conscientia metae  
Vis fremit, & nunquam simili commota tumultu,  
Visa tenere iubar suppressa Gloria luce  
At Pater omnipotens Erebi contraria fata  
Cum nosset, curas his coepit demere dictis.

Pergite viētrices Erebi. subsistite palmis  
Vindicis adventum. tortos iam calce dracones  
Elisit Domitor. iam debellata triumpho  
Agmina circumaget. sic terras vindicat aether.  
Dixit, & aethereum proflavit nare vigorem,  
Qvo fessas refovet vires, senioqve iuuentam  
Excluso reparat rebus, sedatqve dolorem.  
Hoc vbi restincto redierunt gaudia luctu  
Astra deae linqvunt hilares, celeresqve recedunt  
Ad tumulum. nusquam deflectunt lumina coelo  
Nec minus Alecto properat, licet illa, vel illa,  
Insistens caleat loca noscere. fisa tropaeis,  
Tendit iter, longe querulo cum fessa Megaera  
Exululat fremitu. tritis cervicibus, hydrae  
Demisere caput. concreti sanguine crines  
Contusos verrunt humeros, manatqve cruore  
Informis facies. quassis vix ossibus haerent  
Brachia. succiso remorantur poplite gressum  
Vulnera. cum vidit laceram secura, sororem  
Haud soror agnovit. sed primum saucia clamat:  
Qvo moritura meas? latebris nunc abdere mecum,  
Si fatum differre studes. fuit Orcus, & ingens  
Vis Erebi. fūsus langventia terga resolvit  
Cerberus. est aeqvata solo domus ignea Ditis.  
Heu soror infelix! cur funere funera nobis  
Tanta paris? nuper qvo lamentante, triumphas,  
Hic tulit Alcides raptos ex arce dracones,  
Hic veniet spoliis pereuntis onustus Averni,  
Hunc fuge Victorem mecum supposta cavernis.  
Finis erat dictis. & plagis aegra Megaera  
Praecipitat connixa moras. sed proxima saxo  
Duruit Alecto. riguit cum sanguine sensus.  
Reddita cum primum mens est, exhorruit omni  
Corpo, Victorem pavitans, cedamus, & infit,  
Vltori. pariter timidae vestigia torquent,  
Cimmeriaeque tegunt speluncae membra recessu

Dclio.

Delituere specu dirae, cum missa per auras  
Pax volat, & spissas dirimit caligine nubes  
Sidereo vultu. dextra praetendit olivae  
Auricomum ramum, sed laevam frondibus implet  
Palmiferi nemoris. Iauri caput orbis inumbrat.  
AEthere sub medio contendit voce canora:  
Sumite, mortales, animos. timor omnis abesto.  
Vltus avos domito Leo dispulit angve periculum.  
Sic ait, & palmas terris proiecit, & omnes  
Deseruit visus. at ter, qva porrigit artus,  
Emicuit tellus. frondes legere forores,  
Custodes tumuli, qvo plectant fronde coronas

Vltima iungebat palmis Concordia sertum;  
Ecce novus fulgor magnum transcurrit inane,  
Auditurqve procul lituus. stetit excita turba.  
Alma Salus, placidaeque altrix Pax fausta quietis,  
Praecedunt, ambae redimitae tempora lauro.  
Inseqvitur ditata phalanx. hic aere trilicem  
Loricam trahit, hic clypeum ferruginis atrae;  
Illi tenet putri vexilla fluentia tabo.  
At galeas alii referunt, imbutaqve caede  
Arma tot, et tot tela, qvibus pugnaverat Orcus.  
Exhaustae portantur opes plorantis Averni.  
Has fubeunt duris stricti post terga manipli  
Nodis. cum genitrice gemit Mors langvida Noxa.  
Pallidus incedit nexo cum fratre Pavore  
Angor, et creptis Pluto vix fascibus hiscit.  
Apparent iuvenum rutilantes igne catervae.  
Cornua pars inflant: pars verbere tympana caedunt:  
His buccis liguus sonat; illis buccina rauca.  
Ipse triumphalem, perfusus sidere, currum  
Victor agit. gaudet niveos hinnire iugales,  
Atqve manu crispans splendentem sustinet ensim.  
Fronte gerit laurum. caput expuit vndiqve flamas.  
Exurgunt, bona Mens, sinceraqve Gaudia, miti  
Et Spes freta Deo. comitatum denique fando

Qvis

**Q**vis narret, factō qvem miserat agmine caelum?  
At cum prole parens obtutu servat in vno  
Magnificam pompam. Victor processit, & illum  
Cernua prostrato veneratur corpore turba,  
Confurgensqve pio proiectum carmine laudat:  
Funde novos flores, cendentia lilia funde,  
Funde rosas, tellus, omnemqve aestatis honorem  
Insolito propera partu. fac, fronde corollas  
Artifices texant Nymphae. dabit Amphitrite,  
Caerulea Cymothoe qvas efferat aevoire, baccas.  
Qvae nulli meruit victori serta triumphus,  
Heroi disperge tuo. qvo lumine clarus  
Titanis superat radios! augustus in ostro  
Qvam sedet! illustri qvam gestit ovare paratu!  
Qvas agit invictus praedas! qvos colligat hostes!  
Hostes, terra, tuos. Erebi spectacula casus  
Exhibit. o terris qvondam illaetabile tempus,  
Qvo subiecta dies nocti, lux mersa tenebris,  
Libertasqve iugo, qvo spes collapsa timori,  
Vrgentiqve salus damno, victoria cladi,  
Vita neci, parent. mortales, tollite pressos,  
Tollite nunc oculos, repetitos tollite plausus;  
Laetius illuxit, lacrymabile transiit aevum.  
Haec aetas revehit vobis Saturnia regna.  
Cernite, qvam puro Phoebus candescat ab ortu!  
Aurea qvam vigeat libertas! spesqve timorem  
Ut domitet, damnumqve salus! victoria cladi,  
Vita neci dominatur. eunt iam flumina lactis,  
Flumina iam largo turgescunt nectaris imbre.  
Rex idem, qvi Victor, erit. laetemur ovante  
Principe, Virtutes. hoc, tellus, Vindice gaude  
Conticuit chorus, &, qvae struxit palmea, fertis  
Victoris sparsit tumulum. respexit at aras  
Hic Pietas, monitumqve, homines affata, reliquit:  
**DIGNA SALVTARI. DEPONITE DONA. TRIVMPHO**

---

P.P. IN ANNIVERSARIO PASCHA SACRO. A. CL. I. CC.



